

2. Vestimēta ejus facta sunt, alba instar nivis.

3. Apparuerunt illis Moises & Elias cum Christo colloquentes.

V S V S.

Phil: 3.  
Dan: 12  
Matth.  
13.

Sap: 3.  
Joh: 10

Ex hac glorificatione Christi, possumus cognoscere, qualisnam in vitâ æternâ, nostrorum corporum status futurus sit, cum erunt similia corpori Christi glorificato, splendebunt sicut Sol, & splendor cœli aderunt nobis omnes pij, qui à mundi condito nati fuere, & dulcissima colloquia nobiscum instituent, omnesq; pios quos nunquam vidimus, agnoscemus, quemadmodum discipuli Christi Moisen & Eliam in monte mox agnoverunt. Notandum etiam venit, animas piorum non interire, sed in manu Dei requiescere. Aliàs enim Moises & Elias ante multa secula à terrâ sublatis, non potuissent apparere.

### DE TERTIO.

I. Afficitur Petrus singulari suavitate, exclamans: *Domine bonum est nobis hîc esse, &c.*

V S V S.

1. Petri.

Et nos in vitâ æternâ exultabimus, lætitiâ inenarrabili reportantes finem fidei nostræ nempe salutem animarum. In Petro etiam habemus exemplum humanæ imbecillitatis, vellet æterno gaudio mox perfrui, & non prius mori. Verum carnem & sanguinem regnum